

1511. 2. Junij

Sigism: 1. Rex Polon: Nicolao
Firley Palatino Lublinen.

Intelleximus consilium Tue Sinceritatis
de pecunia ad Kijow transmittenda. Aliorum
consilia adhuc expectamus. Quod vero Tua Sin-
ceritas scribit Nobis de his, qui propter ho-
micidium penam carceris sustinent, pauperta-
tem eorum allegando, id etiam intelleximus. —
Committimus Sinceritati Tue, ut de eis faciat,
quod possibile factu est. Expedi, ut vel saltem
inde edificationem Kaniemici subleventur, cum ali-
unde facultates haberi ad id non possunt. Pla-
cuit Nobis sollicitudo et cura Tue Sinceritatis,
quam adhibet, ut Nobiles ad arma promptiores effi-
ciat; utinam et alij idem faciant. Datum Die
2. Junij A^o 1511.

7. Junij, 1511.

